

CRIMINALIS.  
ARTICULUS CLXX.

135

*Furtum rei commodatae vel depositae.*

Confer hinc Zieritz & Steph. Matth. Berlich. part. 5. concl. 57. num. 21. Helffr. Vir. Hunn. d. disp. crim. 1. concl. 36. 37. 63. Sic qui pecuniam civitati debitam subtrahit, furti tenetur, Iacob. Alem. in palest. consult. 2. p. 59. Latissimè Matth. Berlich. part. 5. conclus. pract. 57. per tot. Confer omninò Christ. Besold. in discurs. politico, de erario publico, c. 7. concl. 3. p. 164. Vide obiter de furto literario quale sit, & à quibus commissum, Eberh. Speckh. cent. 1. q. 88.

ARTICULUS CLXXI.

*Sacrilegium.*

Nolo exscribere, quæ habent Gobler. Zieritz. & Steph. hinc, & mirum in modum placent. Sacrilegium in tres dividitur species, videlicet in furtum rei sacræ è loco sacro factum, in furtum rei sacræ è loco privato factum, & furtum rei privatae è loco sacro factum. Eleganter Eberh. à Speckh. cent. 1. q. 82. n. 5. 1. 2. 3. 4. 6. Qui clericum pulsat sacrilegus dicitur, l. 10. C. de Episc. & Cler. Iohan. Georg. Becht. de salvo conductu, sh. 221.

ARTICULUS CLXXII.

*Pœna sacrilegii.*

In sacrilegos etiam Ethnicos severè animadversum esse tradit Gobler. artic. 173. in auctario, p. (m:hi) 187. Videantur quoque Sam. Mager. in nucl. histor. lib. 1. c. 29. p. 136. Ant. Guevar. in horol. Principum, lib. 1. c. 23. 88. 89. Phil. Camer. cent. 3. medit. histor. c. 3. Notatu dignissima tradunt Zieritz. Steph. hinc, Thom. Metzg. cons. crim. 2. p. 61. n. 13. 14. Harpp. ad §. item lex Iulia peculatus, Inst. de publ. judic. num. 11. Pœnâ sacrilegii est extraordinaria, id est, nova ex constitutionibus, & semper capitalis. Sacrilegi quippe pro qualitate delicti, vel ad bestias damnantur, vel vivi exuruntur, vel furcis suspenduntur, vel perpetuo exilio mulctantur, vel aliâ capitali pœnâ ex consilio Jctorum afficiuntur, l. 4. §. 2. l. sacrilegii, 9. & l. hac lege, 10. in fin. ff. ad L. Iul. pecul. Bonif. de furt. §. 5. n. 26. Decian. in prax. crim. lib. 6. c. 34. Damhoud. in prax. rer. crim. 6. 111. n. 5. 6. Clar. lib. 5. sent. §. sacrilegium, n. 3.

ARTICULUS CLXXIII.

*Effractores Gazophylacii.*

Non contemnenda, sed omni laude dignissima traduntur à Zieritz. Steph. hinc. Non adeò expeditum; an conatus actui proximus ultimo supplicio sit puniendus? quod voluerunt Goblerus & Remus. Non autem sacrarum eleemosynarum arcæ effractori præcisè rotæ pœna (quæ ex jure Saxonico originè suam trahit, Matth. Coler. decis. 152. Vide Ioach. à Scheplitz. in prompt. juris, tit. 45. §. 7. b.) infligenda, sed ratione circumstantiarum habitâ nonnunquam laqueus sufficit.

ARTI-